Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

cum virtutum omnium limina suffragentur. Nos quoque hoc habebimus ad pla-
citum singulare. Datum etc.

A Storgio

CCLXXXVI Magnifice frater. Dolenter referimus, quod tam abhominandum
inhumanum quoque scelus et dyabolica arte patratum tacere
non possumus. Scire debetis, magnifice frater, quendam magistrum
Allexandrum de Faventia, qui hic diu in medicinalibus desudavit,
iam sunt octo menses, quandam honestam dominam Nastasium
de Bon. tali fatuitate fatuasse, quod die noctuque vociferationes et
clamores mittit in astra, tantaque passione torquetur, quod sin-
gulos eam audientes compellit ad lacrimas, et conpassio-
nes aculeis compunguntur. Nec remedium aliquod pro egritu-
dini tante quodlibet invenitur. Unicum tamen dicitur utile fore et
certum: istud omnem diligentiam contulimus atque dedimus, ut idem
magister Allexander haberetur, et ad eum Ferrariam misimus, ut fa-
tuitationes ipsius faceret submoveri. Cuius nos pro hoc facto
Ferrarie scripsisse presensit, fugam versus Faventiam maturavit.
Verum quia adhuc morbum pestiferum et inhumanum nescimus adhi-
bere medelam, vos ponimus pro connexione fraternitatis, qua vobis
iungimur, et amorem paternum ab intimis, ut eundem magistrum Alle-
xandrum exicium cuius vel penam corporalem nullatenus postu-
lamus, et sic cum eo agere et expediri, quod fatuitationes submo-
veat antedictas, ne dicta domina inter infandis cruciatibus
et misera ac crudeli morte depereat. Ascribemus enim nobis hoc
ad plus quam gratiam singularem. Datum etc.

CCLXXXVII Fratres carissimi. Nostras pervenit ad aures, vos dominum Bartho-
lomeum de Saliceto ad lecturam actu ad vestra obsequia presentia-
liter velle conducere, quod credere non valemus, nec possumus quo-
dolibet approximari, cum illos, quos nostre patrie nostis hostes
et rebelles, vestros semper habueritis reputare. Sic exigunt mutue
sincere dilectionis et caritatis, ut amici proprios amicos habeant et pro
hostibus hostes. Et vere per multos dies stetimus in ambiguo,
an ista vestre fraternitati denotanda, que totaliter pro non vera ab
animis nostris et mentibus duximus se fingenda, quoniam redditur
incredibile et impossibile nobis, quod penes vos gratiam aliquis
patrie nostre inimicus et hostis possit habere, vel in urbe vestra re-
sidentiam vel presidium quodlibet invenire. Attamen ne per inad-
vertentiam hoc accidere possit, fraternitatem vestram, que cum nostra unica
semper habuit corpus et animam et communio in uno velle et nolle
resedit, paternam omnibus affectionibus monemus, ut eundem dominum
Bartholomeum, qui patriam additionem voluit tirannicam etiam